



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Jncipit solemne opus expositionis Euangeliorum
dominicalium tocius anni reuerendi magistri Alberti de
Padua ordinis frat[rum] heremitaru[m] sancti Augustini**

Albertus <de Padua>

VI me, 1480

Tertia pars.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30888

firmantibus medelam esse querendam. psal. auxilium meum a domino qui fecit celum et terram. Jaco. primo omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est. Sexto ponitur signum doloris: ingemuit: non eo quod ipsi sit opus aliquid a parte cum gemitu petere. sed ut daret exemplum gemendi in oratione pro nostris et aliorum excessibus. Ingemuit etiam ut dicit Crisostomus. compassus miserie tantarum infirmitatum. in quas genus humanum propter peccatum inciderat. Septimo post christi imperium. et ait verbo potentissimo per quod facta sunt omnia. Effeta: hebraicum verbum est. et ideo subiungit eius interpretationem: quod est ad aperire: mandavit auribus eius etiam surdis. ut aperirentur a surditate et surditatem nostram aliquando forti clamore frangit. fregit surditatem Pauli dicens Saul Saul quid me persequeris. fregit etiam surditatem beati Augustini prout ipse dicit. io. confessio. clamasti et vocasti. et rupisti surditatem meam. coruscasti et splendisti &c. ¶ Secundo ponitur sanitatis effectus. et primo de auditu: et statim: ad verbum christi: aperte sunt aures eius: in missione digitorum in auribus. et verbo christi dicentis. effeta. aperuit aures surdi. Pla. 15 aures surdorum patebunt. Deinde ponit miraculum de liberatione muti et solutum est: virtute saluæ christi: vinculum lingue eius et loquebatur recte: dei enim perfecta sunt opera. ubi excepto miraculo apertionis aurium triplex attende miraculum. vnum quia solum est vinculum lingue eius. accipiens loquendi facultatem. Alterum quia locutus est. cum tamen nemo eorum hominum docuerit. Tercio quia loquebatur recte: non balbutiens aut detruncans verba. Et attende quia multum expedit ut solvatur vinculum lingue peccatoris. quia dyabolus tripliciter ligat: visco verecundie. ne confiteatur. visco pigritie ad orationem. visco immundicie qualiter quorundam hominum lingua ligata est ut continue turpitudinis et inhonestatis verba pronunciet mors autem et vita in manu lingue sunt. ut dicitur Pro. 18. et iterum Mathei. 12. ex verbis tuis iustificaberis. et ex verbis tuis condemnaberis. quapropter expedit ut salua christi tangat linguam eorum. et corrumpatur vinculum pravitate &c.

Tercia pars.

R

Et cum dicitur. et precepit illis. subditur miraculi servens predicatio. ubi tria ponuntur. Primus est preceptum de tacendo miraculo: et precepit eis ne cui dicerent: et hoc quatuor ex causis. prima secundum dicitur. ut doceret non esse

Sermo

gloriandum in virtutibus. sed in cruce et humiliatione. Secun-
da ut dicit Criso. ne ante tempus accenderentur iudei ad mor-
tem christi inferendam propter inuidiam miraculi. Tercia scdm
Theophilum ut doceret qd beneficia largientes laudes querere no
debemus. sed accipientes conuenit beneficientes laudare. Quar-
ta fm Augustinum ut feruenter predicemus christi gloriam cui-
us predicationis ab ipso mandatum habemus dum conspici-
mus eos. quibus datum erat preceptum silentii. tanto amplius
predicasse quanto ne predicarent amplius mandabatur. quis
ergo iussus predicare tacebit. quando iussi tacere sic ardentem pre-
dicauerunt. Secundo ponitur miraculi predicatione. quato autem
eis precipiebat ut tacerent. tanto magis predicabant. crescebat
ardor predican- di prohibente christo. quem continere non pote-
rant. Dico. predicationis christi preconiia etiam adiuratus ta-
cere nequeo: et eo. mandato christi dicentis ut tarent. ampli-
us admirabantur dicentes: mirabantur turbe de christi miraculo:
sed amplius admirabantur quia tanti miraculi gloriam non q-
rebat quemadmodum pharisei gloriam hominum querant. et
ideo hanc gloriam quam fugiebat christus impingebant etiam
in eum. Tercio ponitur laus: bene omnia fecit. bona quidem no
sufficiat facere nisi bene fiant. Bene autem fiunt quando dei adiu-
torium postulatur. et quando humana gloria fugitur. et ideo
christus bene fecit: et surdos fecit audire: et mutos loqui: ubi
datur intelligi qd non tantum vnum surdum et mutum sanaue-
rit. sed multos unde videtur hoc esse idem cum eo quod legitur
Mat. 15. ubi dicitur qd dominus veniens de finibus tyri et sy-
donis ad mare galilee adductos ad se mutos. claudos. cecos de-
biles. et alios multos. curauit eos ita ut turbe admirate glori-
ficarent dominum deum isrl.

In festo beati Augustini Introductio ser- monis lxii.

Os estis sal terre. Quid si sal euauerit in quo
saliatur et cetera Mathxi quinto si verum est qd
opus suum commendat opificem. uiste quilibet
predicator diuini uerbi gloriosissimum et meli-
tum doctorem beatum Augustinum debet qua-
tum potest dignis laudibus commendare. meritis extollere. et
glorificare preconis. per cuius claram sacre scripture interpreta-
tione predicationis facultate habemus quam veritatis intelligitiam
de profundo sic in apertum produxit ut predicatoribus sine difficultate